1. Oratio Cromeri pro autoritate ecclesiae.
2, Casimiri Angriff auf Oesterreich.
3, Confoederations Articul.
4, De Polonica electione.
5, Abgehandelte Vergleichung.
6, Rudolphi II oratio.
7, Oratio nomine Johannis III.
8, Einzug Sigismunds.
9, Consilium de recuperanda pace Poloniae.
10, Morientis Poloniae servandae ratio.
11, Votum P. Biskupski Wierzbięty.
12, Tod Casimiri Lisczynski etc.
13, Electio Saxoniae Electoris.
14, der Polnischen Staats Raths Maximen.
15, Manifest des Prinzen de Conty.
16, Actum in curia Varsaviensi.
17, Glossa über das vom Prinzen Alexander ausgeg. Manifest.
18, Pierre Mexiewitz à l'Archevêque de Gnesne.
19, Der Czaarischen Maj. Demonstration.
20, Consilium de recuperanda pace Poloniae.
21, Oratio de rebus Poloniae.
22, Von dem Polnischen Interregno.
23, Election de Stanislas Leczinsky.
24, Instrumentum Denunciationis.
25, Ein das von den Polen verletzte Völkerrecht betreffender Brief.
26, Theodori Potocki Manifest.
27, Bescheid aus Rom.
28, Ein Brief von dem Litthauischen Stragnik.
29, die Polnischen Freiheit.
30, die jetzige Confoederation.
31, Gravamina.

* 7. 1

AD REGEM, PROCERES, EQVITESQVE POLONOS IN Comitijs Varsauienſibus congregatos, Martini Cromeri Epiſtola elegantiſſima.

ADDITVM CARMEN MIRÈ *eruditum ad eundem Regem Poloniæ.*

ANNO DOMINI.
M. D. LVII.

AD REGEM, PROCERES, EQVITESQVE POLONOS IN Comitijs Varsauientibus congregatos, Martini Cromeri Epiſtola.

REM VIRTVTE VESTRA DIGnam, & moribus maiorum ueſtrorum conſentaneam facitis, REX inclyte, & uos Proceres, Equitesq́; Poloni, quod uobis religionem Dei opt. max. cuius ope regnum hoc ſeptum barbaris gentibus tandiu ſtat incolume, inprimis curæ eſſe oſtenditis. Qua in re quantum extiterit ſemper ſtudium maiorum ueſtrorum, dicerem, ſi uos ignorare exiſtimarem. Ex eo quidē tempore, quo ij Chriſto Ieſu Deo, & ſeruatori noſtro populariter nomina dedêre, eiusq́; ſanctiſsimas leges atq; cerimonias à multis alijs populis longè antè ſuſceptas, & eius ipſius numine per continuam multorum ſeculorum ſucceſsionē ab ipſis uſq; Apoſtolorum temporibus conſeruatas, ſibiq́; ad extremum, cum Deo placuit, non tam ſcriptis, quàm uiuis uocibus quaſi per manus traditas ſuſcepêre: ex eo inquā tēpore dimoueri ſe ab ijs nunquam paſsi ſunt: Quarum alias quaſdā gentes minus tenaces fuiſſe non ignoramus. Quo uerò

cæteris quoq; hominibus testatius facerent, omnia pro retinenda ac defendenda, quam semel suscepissent, religione se facere et pati paratos esse, stringere ij gladios, quibus pręcingebantur, cum Euangelium, quæ lex Christi est, publicè in templis legi inciperet, soliti esse memorantur. Nec id signis & uerbis profitebantur magis, quàm re præstabant. Vltro enim & alacres arma sumebant contra barbaras gentes, sicubi eas, quamuis longè à se, nomini Christiano graues & infestas imminere sensserant. Itaq; & cũ Prussis atq; Lithuanis & consanguineis suis Pomeranis olim, priusquam eæ gentes Christo nomina dedêre, multa gesserunt bella, non tam de imperio, quàm de religione: & regnante apud se Vladislao Iagellone, cum Vitoudo Lituanorum duce in intimam Tartariam expeditionẽ susceperunt. Et uerò eodem Iagellone & filijs eius Vladislao & Cazimiro regnantibus non modò in Valachiam, & ad Brailouiam, Danubiumq;, uerumetiam in Thraciam usq; armati contra Turcas penetrarunt, ut Valachis, Rascijs, Bulgaris, atq; Græcis laborantibus subuenirent. Quid igitur? an uos degenerastis ab hac uirtute maiorum uestrorum? Minimè uerò. Nam ut mittam recẽtiores quasdam expeditiones in Vngariam & Austriam regnante nuper optimi & benignissimi huius regis patre diuo Sigismundo, à uobis eodem studio & uoluntate susceptas; istud certe studium uestrum, quo sanctissima Christi instituta, infelici hac

hac nostra, atq; etiam superiori ætate cupidorum et ambitiosorum hominum partim incuria, partim improbo studio uel cõtaminata, uel suppressa uindicare cupitis. Neq; enim cum ijs sentio, qui uel odio, uel inuidia, uel ambitione cuiusquam, & potentiæ authoritatisq; contentione hæc agi suspicantur. Istud igitur studium uestrum eò maioris est pietatis, quo magis perniciosa sunt religionibus praua & impia dogmata, quàm arma: propterea quod hæc quidem corpus modò petunt, in animũ, in quo sita est religio, nihil iuris habent: illa uerò rectas de Deo, deq; cultu ac cerimonijs eius opiniones, quæ Respublicas quoq; maximè conseruant, tollunt ex animis, & pro ijs barbaricam quãdam feritatem ingenerant: qua fit, ut relaxatis semel audaciæ ac temeritatis habenis, sibi quisq; placeat, alterum non modò contemnat damnetq;, uerumetiam pro inimico & hoste ducat. Atq; hinc existunt feralia inter homines dissidia, quæ florentissimas etiam Respub. pessundant penitus & euertunt longè facilius, quàm arma hostilia. Quod & pluribus uerbis & non obscuris exemplis demonstrari posset, nisi esset luce meridiana clarius. Iã uerò sicut utilius, ita difficilius est radicatas in animis multorum opiniones, pestilentes præsertim eradicare, quàm hostem non modò ab alienis, uerumetiã à suis finibus arcere. Est igitur si non superior, certè par pietas ista uestra pietati maiorum uestrorum. Videte modo etiam atq; etiã, ne cui falsò pie-

 tatis

tatis prætextu imponatur, neu quis pro uera religione pestem religionis & Reipub. superstitionem uel impietatem asserendam & uindicandam suscipiat. Quod quidem iudicium in tot ac tam diuersis & inter se pugnantibus de religione opinionibus longè est difficilimum. Fallit enim (ut rectè inquit Sapiens quidam) uitium specie uirtutis & umbra, ita ut plurimi cum ad religionis dogmata & instituta disceptanda uentum est, errare, nõ pauci scientes uolentesq; falsa pro ueris affirmare, et ad augendas uel stabiliendas opes suas, tegendasue turpes cupiditates & flagitia sua sanctissimo religionis nomine apud imperitam multitudinem facilè abuti possint. Vt enim natura omnium hominũ quãuis ferorum & barbarorũ mentibus quidam de diuino numine eiusq; cultu sensus insitus est, ita certã & absolutam eius cognitionem assequi eæ per se ipsæ nequeunt. Idq; intelligens Deus opt. max. ipse cœlitus certissimam sui noticiam cultumq;, primũ quidem angelorum ministerio, uel secretiore quadam piorum & sibi carorum hominũ inspiratione, deinde uerò per filium suum sapientia, bonitate, & potestate sibi parem in uno ferè populo informauit: Ad extremũ uerò per discipulos eius, eorumq; successores non modo pietate & integritate uitæ conspicuos, uerumetiam mirabilium & uires humanas excedentium operum patratores per omnes gentes atq; ætates, totumq; orbẽ terrarum, nequicquam aduersantibus impijs dæmonibus, mirabiliter eam diffudit & propagauit. Et sedulò quidem conati sunt inuidi dęmones cùm ipsi per se, tum per satellites & administros suos tyrannos errorumq; magistros uel delere penitus ex animis hominum illam ipsam notitiam cultumq; Dei, uel deprauare: sæpeq; ij conatus permissu & arcano quodam consilio Dei nonnullũ successum habuere. Nam & ipse Satanas transformans se in Angelum lucis, ut inquit D. Paulus, sæpe multos in impias & absurdas de Deo opiniones induxit, uel cultũ eius ad se traduxit, nefandisue ritibus & cerimonijs polluit, & ministri eius falsi prophetæ, & magistri mendaces sub specie ministrorum iusticiæ & ueritatis fallentes multos seduxerunt, partim derogando fidem ueræ ac diuinitus proditæ doctrinæ, partim nouis ac domi suæ natis interpretationibus eam deprauando, & sua dæmonumue commenta pro ipsissimo Dei uerbo uenditando. Itaq; & in Hebræo populo fuerunt olim, qui dicerent: Hæc dicit dominus, cũ ille eos non mitteret, & in Christiano ipsa, quæ mentiri nõ potest, ueritas prędixit: Multos in suo nomine uẽturos esse, dicturosq;: Ego sum Christus, aut, Ecce hic, uel illic est Christus: & multos ab eis seductum iri. Quod quidem re ipsa etiam impletũ esse, nemini dubium est. Iam inde enim à temporibus Apostolorũ fuere inter Christianos Hymenæus, Alexander, Menander, Ebion, Cherintus, ac deinde alij post alios magistri mendaces, segregantes semetipsos, introducentes sectas perditionis,

2. Corinth. 11. — *Ezech. 13.* — *Matthæi 24.* — *Marci 13.* — *1. Tim. 1.* — *2. Petri. 2.* — *2. Tim. 3.*

ditionis, & speciem quidem pietatis habentes, uirtutem autē eius abnegantes. Nec modo quidem desunt cùm alibi, tum apud nos eiuscemodi pestes: habentq; suos satellites tyrannicos homines mente corruptos, qui cæteros minis, mulctis, ac supplicijs uel inuitos à uera pietate in errorem secum abstrahunt, nonnulli quidem arbitrantes obsequium se præstare Deo, cōplures uerò idem duntaxat simulantes, sed suum interim negocium agentes uerius, quàm Dei. Quod quidem non tenui quadam coniectura, sed ipsa rei euidētia probari potest. Sed ego ita nunc agam, ut quasi in re dubia, à qua parte stet ueritas & pietas, suum cuiq; de omnibus iudicium saluū relinquam. Certè non idem omnes nunc sentiunt de doctrina, institutis, & ritibus religionis. Non conuenit, ut scitis, multis magnisq; de rebus inter eos, qui se Euangelicos uocant, & qui Papistę appellantur. Inter eos autem qui uolunt esse medij, & ipsi ab utrisq; dissentiūt, & in utrisq; multa damnant. Quid uerò isti ipsi Euangelici, quemadmodū uideri uolunt, uerbi Dei siue illustratores, siue uindices? idemne omnes sentiunt? Minimè gentium. Alioqui unde quæso nata sunt nobis tam diuersa nomina, quibus illi inter se distinguuntur, ut alij quidem dici uelint protestantes uel Augustanę cōfessionis: alij Tigurinę siue Geneuensis, quos etiam Zuinglianos, & Caluinianos, & Sacramentarios appellant: Alij Picardi, Anabaptistæ alij uocitentur? Vnde autem est, quod quidam, quasi fastidientes iam

tes iam hæc uulgaria, partim Osiandri, partim Serueti doctrina & nomine gloriantur? Mitto Russos siue Bulgaros, & Boemos Calixtinos: qui quàm ualde dissentiant ab ijs, quos iam enumeraui, non dico modò, certè ipsi se se ab omnibus segregant, & penes se solos ueram & incorruptam religionem uigere contendunt: à cæteris autem ferè improbātur. Sunt & alij præterea, nisi fallor, neq; cum superioribus, neq; inter se ipsi de rebus non parui momenti consentientes, sed nobis adhuc minus cogniti. Et omnes quidem hi uerbo Dei se niti præ se ferunt & asseuerant, sed non eodem id modo omnes intelligunt aut interpretantur: Verùm sua quisq; uel à se excogitata, uel undelibet arrepta opinione impensius delectatus, alterius sensum uix, ac ne uix quidem fortasse cognitum, non tam superciliosè, quàm hostiliter damnat. Atq; hinc sanè existunt uulgò neglectus & profanationes cultus diuini cū diuini nominis contumelia coniunctæ, exultantibus nobis atq; religioni Christianæ, quasi falsæ uel incertæ duntaxat, Iudæis & Mahometanis. Hinc offensiones mutuæ & irritationes animorum non solum inter ciues & eiusdem linguæ, eiusdemq; iuris homines, uerumetiam inter cognatos et necessarios, citò in extremum florentissimi huius Regni exitium, quod ipsi uos non obscurè cernitis, erupturæ, nisi celeriter Deus opt. max. & tua, Rex clementissime, ac uestra pariter proceres Equitesq; sapientia salutarem opem attulerit. Quid igitur facto

opus est? Vos quidem id rectè sapienti consilio uestro expedietis : dicam tamen & ego quod sentio:

Polonus. Et dicam uerè & ex animo, pro mea in communem patriam fide & offitio : uos quæso, benignè ac diligenter attendite. Si de legibus & institutis Reipub. uestræ hæc esset controuersia, rationibus & argumentis nõ cuilibet, sed ijs modò, qui in hac Repub. multum diuq; uersati sunt, inter ipsos contendendum ac disceptandum esse censerem, autore Platone clarissimo philosopho, quænam esset recta, & moribus maiorum uestrorũ consentanea, & uobis, liberis, posterisq; uestris, ac toti Reipub. salutaris sentẽtia: eamq;, cũ uestris omnium iudicijs et assensu publico esset comprobata, grauibus pœnis à uobis sanciendam esse iudicarem. Quod si quis communi placito uestro temerè aduersaretur, intelligitis opinor, quæ ibi uestræ, quæ magistratuum essent partes. Quin si ego aut quisquam alius uideri uellet indulgentior, meritò metuere deberet, ne laxanda disciplina publica ad perniciem Reipub. hoc eius consilium spectare aliquatenus existimaretur, nèue pro populari, præuaricator, pro leni legum patriæq; hostis iudicaretur. Quamobrem? Quia penes uos est omne legum & institutorum ad hanc Rempub. pertinentium arbitrium : Vos quæ huic Regno utilia & salutaria esse iudicatis, prouidere, in commune consulere, & statuere conuenit. Me meiq; similes non modò priuatos homines, uerumetiam magistratus publicos capessere iussa ac decreta uestra, non meo priuati ue cuiusquam uel paucorum commodo & arbitrio mutare, aut indulgenter præterire, decet : ne si publicè quidem utile id fore uideretur : propterea quod nunquam tantum boni Reipub. conciliari potest unius alicuius paucorumue salute, quantũ conflatur mali, si principis & populi maiestas imminuatur, legumq; autoritas ac disciplina publica labefactetur & elanguescat. Etenim utilitas indulgentiæ, etiamsi in plures redundet, ad unum quidem tempus pertinet, exemplum uerò præuaricationis non modò ad multos homines, sed ad omnes leges, & omne tẽpus. Itaq; de Zaleuco, Licurgo, L. Bruto, Manlio Torquato, & alijs quibusdam Græcis, Latinis, atq; barbaris legumlatoribus, aut alioqui principibus et sapientibus uiris cum sempiterna eorum laude memoratur, quòd ij disciplinam publicam partim charissimorum liberorum suorum cædibus, partim etiam membrorũ suorum mutilatione exilioq; suo sanxerunt, pluris facientes stabilimentum legum, quo rerumpub. salus continetur, quàm ea, quæ mortales in hac uita ducũt charissima. Sed q̃rsum hęc tam longè repetita? Nempe ut intelligatis, quod tamen per uos ipsi probè intelligitis, quæ uestræ omnium, quæue priuati alicuius uel paucorum essent partes, si de ijs rebus esset controuersia, quæ peculiariter ad Rempub. uestram pertinent. Quid igitur, cum de religione eiusq; ritibus ac cerimonijs disceptatur? idemne existimandum est?

 Equi-

Equidem si his de rebus, sicut de illis superioribus placita uniuscuiusq; populi propria esse debere, aut omnino posse arbitrarer, idem de his, quod de illis uobis faciendum esse censerem. Sed alia longè est religionis, alia Reipublicæ ratio. Hæc sua est cuiq; genti, illa multis, atq; adeo toti terrarum orbi communis: Illa ab hominibus constituitur, hominumq; iudicio diuersis pro ratione temporum legibus & institutis temperatur, hæc uerò diuinitus constituta certas habet leges & imobiles, quas nulli neq; homini, neq; populo, ac ne omnibus quidē simul abrogare, antiquare, aut mutare licet: Quod si quis conetur modò, meritò impius & sacrilegus habeatur. An non faciunt hoc igitur Pontifices & Episcopi, dicet aliquis? Negant illi: Tu ais. Quis igitur controuersiam hanc dirimet? Verbum Dei, inquis. Rectè sanè. Vnde autem id petes? Cœlitus? At procul cœlum abest: Reuelationem ostende, si potes, uerùm ita ut nobis certum sit, eam diuinam esse. Ab authore Christo? At is iampridem inter mortales loqui desijt. E scriptis propheticis, Euangelicis, & Apostolicis? Non malè, quāuis non è solis fortasse, sed mitto id modò: Cæterùm scriptorū illorum genuinus sensus et interpretatio, de qua est omnis ferè controuersia, penes quem erit? Non penes Episcopos quidem, inquies. Cur obsecro magis penes te tuiq; similes? At penes hos omnes. Vnde id probas? uideris habere aliquid è sacris scripturis: Sed in easdem salebras nostra relabetur sermocinatio. Negabo enim ego, eum esse, quem tu uis, illarū scripturarum sensum. Negas tu uicissim ullam esse in sensu earum percipiendo difficultatem? Cur igitur non conuenit inter nos? Cur non olim inter Arrium & Athanasium, Eunomium & Basilium, Iouinianum & Hieronymum, Donatistas & Augustinum? Cur autem scribit Petrus de Pauli epistolis, quòd in ijs sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas in suam ipsorum perditionem? Sed mitto disputatorem. Ad te Rex, & uos Proceres Equitesq; sapientissimi redeo. Nullæ ne igitur uestræ sunt partes in componendo religionis dissidio? Sunt profectò, & magnæ quidem: Sed tamen non arbitrandi & statuendi, quid sequi quemq; oporteat: ac ne illud quidem, quæ sit dequaq; re congruentior uerbo DEI sententia. De quibus duobus illud quidem iam dixi, nec uos aliter existimatis, ne omnium quidem populorum, nedum unius alicuius esse: hoc uerò cuiusnam sit, nondum dico: Sed ut sit uniuersi cætus Christiani, quod quidam contendunt. Vos certè, quamuis non uiles animæ, ut quidam fortassis externi putant, nec in angustissimo & obscurissimo angulo terræ positi, soli tamen Germanis, Vngaris, Boemis, Gallis, Anglis, Scotis, Hispanis, Græcis, Armenis, Moschis, Indis, Aethiopibus, & fortasse multis alijs nationibus & populis christianis præiudicare in eo non potestis, ut uel hic, uel in nationali, quod

ita uocant, concilio statuatis, hoc esse consentaneũ uerbo Dei, hoc non esse. Quota enim pars Christianorum nos Poloni sumus? Addam etiam Prussos, Lituanos, Russosq́, si lubet. Alioqui iure illi populi, quos dudum enumeraui, uobiscũ expostularent,
1. Corint. 14. sicut D. Paulus apostolus cũ Corinthijs: An à uobis uerbum Dei processit, aut in uos solos peruenit? Taceo cæteram fratrum uestrorum Equitum honestissimorum, qui hinc absunt, multitudinem: mitto mulieres, mitto etiam opificum turbam, & omnino oppidanos et aratores et pastores uestros, qui licet nullam huius Reipub. partem capessant, cæterùm quod ad religionẽ attinet, sciunt in Chri-
Galat. 3. sto Iesu non esse Iudæum, neq; Græcum, non seruum, neq; liberum, non masculum, neq; fœminam:
1. Corinth. 1. sed omnes nos unum esse. Nec uos ignoratis, stulta mundi elegisse Deum, ut confunderet sapientes, infirma, ut confunderet fortia, ignobilia & contemptibilia, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret. Ne his quidem igitur præiudicare hac in parte debetis, etiam si possetis. Quod si facere pergitis, cur non itidem uestro exemplo Srodensis uel Prossouiensis, aut si mauultis, totius Masouiæ generalis conuentus (quos honoris causa nomino) uobis uniuersis, ac totius Regni comitijs in constituenda Repub. præiudicet, legesq́ condat, quibus cuncti teneamini? aut à suis & uestris maioribus, quamlibet rudibus et rerum imperitis, ut isti nouatores dictitant, conditas arbitratu suo mutet uel interpretetur? Aut si numerum spectatis, cur non oppidani & agricolæ uestri ex uniuerso Regno coeuntes idipsum faciant? Quales quidem fructus, proh dolor, istud, quod à nonunllis iactatur, Euangelium nostra memoria non nusquam germinauit. An hic satis est, multos esse, & non imperitos legum & rerum humanarum, addo & nobiles, si desit publica & legitima autoritas? Quam quidem uos neq; penes senatum cũ Rege, neq; penes uniuersum maiorum uel minorum Polonorum conuentum, etiam cum Palatinis ac cæteris magistratibus, extra locũ ac tempus comitiorum esse uultis. Cur autem non modò à terrestribus iudicijs, uerumetiam à colloquijs ad te Rex, & ad comitia fiunt prouocationes? Vt enim priuatos prætercam, inter quos non desunt iuris & iustitiæ consulti, an non habent iudices & Palatini, quiq; his assident magistratus leges & constitutiones Regni? an eas non legunt? an non intelligunt? An obsecro facilior est & cuilibet magis obuia rerum cœlestium, sacrorumq́ mysteriorum, quæ uerbo Dei continentur, ac mentium, nedum sensuum humanorum captum excedunt intelligentia, quàm de iure uillagiorum, ut uerbis statuti uestri utar, scultetorũ, Golotarũ, fugitiui cmetonis, ac cæterarũ oĩm legum uestrarũ cognitio? aut magis cuiusq; refert in his, quàm in illis falli & errare? At id qdem uel lippis, q̃d aiunt, ac tonsoribus notũ est, hic exiguum quiddam agelli uel fortunarum, uel iuris personalis, uel deniq; uitam hanc fluxam & mo-

& momentaneam, illic animarũ ęternam salutem
& beatitudinẽ periclitari: hæc nõ tam cogitatione,
quàm sensu cuiusuis percipi, illa si humana aut an-
gelica mente comprehendi potuissent, non fuisse
necesse Deum hominis naturam assumere, docto-
rēq; ueræ iustitiæ, quæ religione cultuq; Dei maxi-
mè continetur, nobis fieri. Ac nihil ille quidem
usquã scriptum reliquit: Verbis modo enarrauit,
quæ uoluit, idq; partim promiscuæ multitudini,
Lucæ 8. partem delectis à se Apostolis. Quibus, ait, solis
Lucæ 18. datum esse nosse mysteria regni Dei. Et tamen nec
Lucæ 14. ij omnia, (ne dicam, nihil, quod certè alicubi Euã-
gelista quidam dicere non ueretur) tunc intellexe-
runt, donec ipsemet eis aperuit sensum, ac spiritu
sancto eos impleuit. Quo magistro illi demum &
intellexerunt omnia, & cæteris hominibus partim
uiua uoce, partim literis prodiderũt: Sed ita utrũq;
fecerunt, ut ad eorum dicta scriptaq; penitus per-
cipienda eodẽ nihilominus interprete spiritu san-
1. Petri 1. cto nobis quoq; opus sit: Nisi forte non dico unius
Ioan. 14. ex ijs D. Petri scriptis, sed communis omnium il-
1. Corinth. 7. lorum iuxta ac nostrum præceptoris uerbis fidem
1. Corint. 14. non habemus: At enim putamus, inquietis, quod
& nos spiritum Dei habeamus. Sit ita sanè: Verùm
is, cum & ipse sit Deus, non est dissensionis, sed pa-
Galat. 5. cis Deus. Contemnere autem aliorum iudicia in re
præsertim communi, & ad omnes ex æquo perti-
nente, non pacis est uerùm dissensionis: quæ ex
Deo non est, sed ex Diabolo, & inter opera carnis,
quo-

quorum author & effector est diabolus, à D. Paulo
nominatur. Quid autem fiet, si ijsdem de rebus di-
uersum à uobis apud se statuant uicini uestri Ger-
mani? quod quidem non semel his paucis annis fe-
cerunt, cùm à uobis & ab alijs populis, tum à se ipsi
diuersa statuentes. Quid si Galli aut Hispani idem
faciant? Quid si uniuersi Christiani populi? scilicet
præponderabunt uestra, omnium illorum iudicijs?
aut desinet esse uerbum Dei, quod uobis fuit antea?
Verùm enimuero, inquiunt quidã, nõ erit hæc no-
bis cũ q̃quã causa dissidij. Nam nisi quid ab uniuer-
so Christianorum cœtu in commune statuetur, po-
stea illud sequemur potiꝰ repudiata priore nostra
sententia: interim autem dum id fit, suo quisq;, nos
etiam nostro sensu abundemus, & aliquid hominũ
desiderijs indulgeamus, quo eos in cæteris cõcor-
des in officio contineamus. Præclarè uerò & sapiẽ-
ter. At quàm multa fuerint hac una in re peccata?
Primũ omnium (ignoscite quæso in libera Repub.
liberè in medium consulenti) arrogantia, ne dicam
temeritas in statuendo ijs de rebus, quę si non alie-
ni, certè non solius uestri officij sunt, & iampridem
maturo longè plurium iudicio constitutæ sunt, &
non uestro tantùm, aut unius alicuius & alterius
populi, sed multorum, ne dicam omnium, publico
& longo usu approbatæ: Deinde uel pertinacia in
retinendo contra sentẽtiam aliarũ gentiũ, uel certè
leuitas in mutando, quod semel placuerit: Postre-
mò frustratio eius, quem præ uobis fertis, euentus
 con-

consilij uestri, atq; adeò longè diuersus & contrarius exitus. Quæ enim beniuolentia aut concordia potest esse inter eos, qui non de leui aliqua re, sed de maximis, quamuis liberè & sine ullo metu, dissentire se arbitrãtur? Religio est enim, quæ animos hominum non solùm cũ Deo, sed inter ipsos etiam inprimis consociat, & religat. Quæ ubi non eadem est, dissociat ea maximè disidentium uoluntates & studia, tantum abest ut consociet. Possem hìc disertus esse, si illustrare hoc exemplis cùm ueteribus, tũ recentioribus uellem. Demonstrarem sanè ex huiusmodi dissensionibus, non dico de summa religionis, uerùm de uno aliquo aut altero eius capite, nec eo quidem grauissimo aut euidentissimo, perniciosa disidia & capitalia odia cùm inter diuersas gentes, tum inter eiusdem linguæ Reipub. ciuitatis, familiæ, domusq; homines sæpe extitisse, & uix multo sanguine, multorumq;, ne dicam, uniuersorum interitu restincta esse. Commemorarem ea tempora, quibus furor Arrianorum in Aegypto & Oriente, Manichæorum atq; Donatistarũ in Africa, Monothelitarũ & Iconomachorũ in Græcia, Nouatianorũ ijsdem, & alijs in locis, Rusticorũ nup authoribus Luthero, Carolstadio, & Zuinglio in Germania grassatus est. Adderem de Russis nonnihil: Sed nõ est necessè diutius immorari. Nolite autem putare, statim sedaturos uos esse inquieta ingenia, si quid eis paululum concesseritis aut indulseritis; accendetis magis, nec ea modò, quę iã tumultuantur, sed quæ adhuc quiescunt etiam, nec modò ut quæ iam concupierunt obtineant, sed quæ præterea uidebuntur, quoties libebit, si nõ impetrabunt, ut frustra aduersantibus uobis extorqueant. Quis enim statuet modum laxatæ semel licentię? Cur aũt non cõtendant, aut cur nõ ipse sibi sumant quicquid collibuerit, recenti exemplo inuitati, cum uos ipsis quædam nullo exemplo concesseritis? Quæ enim gens, quæ natio, Christiana duntaxat recteq; de religione sentiens, unquam sibi sumpsit dogmatũ & rituũ ecclesiasticorũ cõmutandorũ arbitrium? Sumpsere quodam tempore nonnullæ infectæ prauis opinionibus, eodem siue prætextu, siue consilio pacandorũ uidelicet animorũ, componendarumq; dissensionum inter homines. Nec tñ id sine Episcoporũ autoritate: quam in religionis negocio plurimum ualere intelligebant, nec isti Euangelici hodie diffitentur. Quale fuit, cũ propter homousion, hoc est, cõsubstantiale, sicut uerterunt latini theologi, totus ferè tumultuaretur orbis terrarum, malebant nonnulli principes & populi autoribus episcopis pro homousio homœousion, hoc est æquisubstantiale, ut ita dicam, contentiosis hominibus cõcedere, quàm de uno, (ut uidebatur) uerbo non magis uerbis, quàm armis digladiari: Aut cum Boemi Husso incentore efferati, diuina et hnmana omnia sursum ac deorsum miscerent, usurparunt ij quidẽ uulgò, adstipulante Rochesana Archiepiscopo suo, sacrum calicem, quod inusitatum

 fuerat

fuerat superioribus aliquot seculis, & indulserunt eis, qui Basileę ad concilium congregati erant Episcopi, cum Boemi in eo acquieturi, in cæteris quæ concordes & in officio futuri esse uiderentur. Quid igitur? Conquieuerunt ne tunc ea indulgentia motus illi uel apud Boemos, uel apud Græcos? Imò efferbuerunt magis, exultantibus nouatoribus, se aliquid quasi iniustè à maioribus suppressum aut interuersum, ui ueritatis expressisse, & in cæteris etiã institutis maiore deinceps confidentia damnantibus ecclesiam catholicam, quę se ipsa iam in quibusdam damnasse uideretur. Nam qui modus uel hæreseôn, uel turbarũ ac tumultuũ postea fuit apud utrosque? Nonne Eunomiani, Aeriani, Macedoniani, Luciferiani, Nestoriani Gręciam totumque orientem postea miserè exercuêre? Nonne Taboritarum & Orphanorum, & Picardorum, & Adamitarum, & nescio quorum non monstrorum furor apud Boemos postea magis exarsit? ita ut ne calicis quidem communio quenquam ab eorum iniurijs, cædibus atque direptionibus, aut regnum ab ædium publicarum & sacrarum, arcium, oppidorumque uastationibus & incendijs uindicaret. Hodieque Boemi, de ijs dico, qui se à ueteris ecclesiæ societate & institutis præciderunt, calicem quidem mordicus retinent, cæterum de præiudicatis opinionibus nihil remittunt, ac ne ea quidem præstant, quæ receperant: & quanquam suis ipsi uiribus confecti torpent magis, quàm quiescunt, non idem tamen omnes sentiunt,

tiunt, & qui dissident opinionibus, odijs quoque implacabilibus inter se nihilominus certant. Quid autem aliud nobis quoque expectandũ est, si quid nouarum rerum cupidis indulgendum esse duxeritis? Quid autem eis indulgebitis? Calicem? At quàm multi negant eo sanguinem Christi cõtineri? quàm multi (horreo dicere) calicem dæmoniorum eum esse autumant? nosque qui uerum ex eo Christi Dei & hominis sanguinem potari profitemur, non solùm stultitiæ aut insaniæ, sed idololatriæ prorsus damnare non uerentur? Sacra uernacula? At quàm multi sunt, qui hæc quoque contẽnunt, imò execrantur, & id magis contendunt, ut nulla sint omnino sacra? Vxores sacerdotibus? At illi partim tollunt sacerdotium, seque omnes unà cũ mulierculis & pueris ex æquo sacerdotes esse asseuerant, partim referre sua negant, cœlibes ne sint, an mariti sacerdotes. Ecquid Germani principes cũ christianissimo imperatore Carolo eiusdem modi indulgentia, quod Interim uulgò uocant, in Germania profecerunt? ecquid acceptarunt id, quibus dabatur? ecquid in cæteris conquieuerunt? Cur autem, si ista uos quibusdam indulgetis, nõ eodem exemplo Stancarianis etiam promiscua, quamuis leui de causa, diuortia, & noua, quoties collibuerit, prioribus solutis matrimonia: Osiandris derogationẽ meriti sacrosancti sanguinis Christi: Caluinianis & Sacramentarijs sacramenti eius, quod est omnium præcipuũ & saluberrimum, sanctissimi inquam corporis &

 sanguinis

sanguinis CHRISTI profanationem: Seruetianis maiestatis atque diuinitatis CHRISTI filij Dei & Spiritus sancti uel negationem uel imminutionem, & neque uos, neque maiores uestros, neque ullos prorsus populos iam inde ab Apostolorum temporib⁹ Christianos fuisse: Quibusdam alijs incarnati, ut ita dicam, uerbi Dei negationem: Picardis & Anabaptistis non modò iterationem baptismi, sed & omnium ciuilium magistratuum sublationem: Lutheranis libertatem humani arbitrij tollẽtibus omnium scelerum impunitatem & legum solutionem: Cur, inquam, his quoque hæc omnia, & si qua preterea contendunt, uel deinceps contendent, pacis & concordię publicę conseruandę causa non cõcedatis? Exhorruistis horũ cõmemoratione? Nec iniuria profectò. Nã quæ maior impietas, aut quæ pręsentior pestis Rerumpub. excogitari potuit? Et tamen nihil hic fingo: Contendunt hæc illi, ut quæ maximè: Et facilius est licentiæ principium, quàm exitũ inuenire. Cur autem uos magis in his, quàm in calice, uxore sacerdotis, & sacris uernaculis religiosi sitis, & maiorum institutis receptisque antiquitus moribus præiudicare uereamini? Certè his quoque dogmatibus non minus, quàm illis autoritas uerbi Dei prætexitur, quàm uerè, non dico modò: Illud dico, Si uos huiusmodi controuersiarum disceptatores, & arbitros eorum institutorum, quæ ad religionem pertinent, semel constitueritis, non defuturos esse, qui ista quoque recta esse & uerbo Dei cõsentanea

sentanea subtiliter conclusis ratiunculis, adductisque ac detortis scripturæ sacræ testimonijs, uel inuitis uobis extorqueant. Quod tunc ibi chaos, quæ esset Babylonica Reipub. uestræ facies, uestro, quod omẽn auertat Deus, & liberorum uestrorum sanguine expianda? An putatis, quæ plus triginta annis Germaniam tam miserè diuexant nefanda & impia, & inter se pugnantia dogmata, omnia simul extitisse? Erratis, si ita existimatis. A reprehendendo abusu pontificiarum indulgentiarum orsus est Lutherus, cum ei pinguis illa offa promulgandarũ earum prærepta esset. Non tollebat initio, imò asserebat etiam receptum antiquitus numerũ & uirtutem sacramentorum, usum & efficaciam sacrificij Christiani, merita bonorum operum, autoritatem episcoporum & pontificis maximi, purgatorium, curam & preces pro mortuis: Boemos propter hęc sublata, & propter uulgatum usum calicis reprehendebat: Vxores non dabat sacerdotibus & monachis, quamuis impurum eorum cœlibatum exagitaret. quæ in scriptis eius deprehendere cuique licet. Aliquanto posterius contentione & aura populari elatus, non hæc modò, sed multa alia Ecclesiæ & Apostolorum, ne dicam CHRISTI ipsius instituta labefactauit. Quæ ubi uiderunt eum secundo populo facere Carolstadius & Zuinglius, maiora ausi, studuerunt eum impietate superare, & sectatores eius pro religiosulis & Papisticæ hypocriseos uel superstitionis non exortibus dam-

damnarunt. Postea nullus fuit in ea natione, neq; est etiam nunc impietatis, contentionum, tumultuum, bellorumq; ciuilium modus & finis. Quid in Boemia superiori seculo? statimne initio sese omnis effudit impietas, & portentosa illa sectarum uarietas? quę quamuis coercita postea legum seueritate, adhuc tamen multis in locis cernitur. Modica fuerunt, & in speciem ęqua & pia Husși initia, ab indignitate quadam & odio sacerdotum indignorũ eo nomine honoreq; profecta. Non mutabat is sacrorum ritus, non dabat uxores sacerdotibus: ne calicem quidem unquam porrexit populo, qui nunc tantopere expetitur. Posterius infinita illa malorũ lerna, & multiceps hæreseôn hydra magno impetu cum summa rerum priuatarum atq; publicarũ perturbatione inuasit in Boemiam, eamq; gentem aliquandiu miserè diuexauit. Quid igitur, inquiet aliquis, damnasne tu usum sacri calicis in populo? Ego uerò neq; sacerdotum cõiugia, neq; sacra uernacula: sed nego uestrum esse, his de rebus statuere, maiorumq; instituta mutare. Cuiusnam igitur? Dicerem sacerdotũ, nisi metuerem inuidiam, domoq; allata quorundã præiudicia: Et magnos certè, atq;, ut ita dicam, irrefregabiles haberem sententię huius

Malach.2. adstipulatores, uel authores potius, nõ modò Ma-
Deut.17. lachiam & Moisen, & alios prophetas Dei, uerum-
Matthæi 23. etiam ipsum Dei filium & magistrum nostrũ Christum Iesum, eiusq; sententiæ peritos inprimis atq;
Actuum 15. tenaces Apostolos, non unum & alterum, sed simul uniuersos,

uniuersos, perpetuumq; superiorũ oĩm seculorum consensum, et, si his adiungere fas est, istorũ ipsorũ, q̃s nunc nouos ueteris scilicet religionis magistros multi sequuntur, indubitatã sententiam: qui & ipsi de sacrarum scripturarũ sensu, totoq; religionis negotio sacerdotũ siue episcoporum, q̃s ipsi ministros uerbi uocant, propriũ esse uolunt iudiciũ. Sed mitto nunc sacerdotes. Si totius Ecclesię, id est, ut uolũt quidã, certè non unius alicuius duorumue ordinũ, sed oĩm (q̃d ipsi q̃q; fateri uidẽtur, necesse quidem habent, si ipsi sibi constare uolunt) non ordinũ modò, et sexuũ & ętatũ, uerumetiã populorũ. At enim priusquã oẽs, qui christiano censentur nomine, populi coeant, & has controuersias definiant, nos dissensionib⁹ intestinis peribimus, inquiunt. Meliora, quęso, ominare. Itane, amice, ex tuo ingenio Deum metiris? Itane facilem & expeditã rationem subueniendi populo suo, quẽ precioso charissimi filij sui sanguine sibi acquisiuit, excogitare eũ nõ potuisse, aut noluisse arbitraris? Quin ipse eius filius, ipsissi- *Matthæi 28.*
ma eius dextera & sapiẽtia, omnibus diebus usq; ad cõsumationẽ seculi se cũ suis fore promisit: ne quis modo ipse sese ab eo subtrahat. Subtrahit aũt, quis- *Ioan.14.*
quis pacem testamento eius relictã nõ seruat, rum- *& 17.*
pitq; mutuã cũ cæteris hominibus concordiam & beneuolentiam, q̃d ille suorũ symbolũ esse uoluit. Quis aũt id facit? ijne, qui magistratibus à Deo cõstitutis obsecundãt, et receptos à christianis maioribus suis multorũq; populorũ & seculorũ consensu

D &

& usu approbatos mores & instituta tuentur? An qui ea priuata autoritate, ne dicā temeritate sua cōuellunt, & multa nouare student? Hi certè dicere de
1. Ioan. 2. illis rectè non possunt illud, q̄d est apud Ioannē in ep̄la: E nobis prodierūt. Illi uerò his, nō hoc solùm, sed etiā quæ sequunt: Sed nō fuerūt è nobis. Nam si fuissent è nobis oēs, mansissent utiq; nobiscū. Certè his demū triginta uel quadraginta annis in Germania Luther⁹, Zuingli⁹, Muncer⁹, & q̄dā alij segregarūt sese, dānato antiquissimo christiani orbis cōsensu, à q̄ prius nō dissenserant. Vultis igit̄ redintegrare inter dissidentes cōcordiā? Nolite qualescūq; (nihil enim nunc refert) sed ueteres tñ dños in gratiā, nolo dicere inuasorū, sed litigatorū seu petitorū de possessione depellere: Reponite potius per uim eiectos, aut retinentes adhuc possessionē defendite, uel tantisper duntaxat, dum de re tota ab ijs, ad q̄rū iudiciū ea spectat, legitimè cognoscit̄, si iusti et ęqui amantes, si pacis & cōcordię studiosi, ac non partiū fautores uideri uultis. Alioqui si cuiusquā istorum agrū aut uillā uiolentior quispiam uindicare uolet, nihil prohibebit, quominus in eo q̄dcunq; ipse ediderit foro causa disceptetur, siue adeò amoto sine disceptatione iuris priore domino, concordiæ retinendæ causa ille alter in possessionem rei controuersæ mittatur, ac tum demum eiectus per quæuis fora de proprietate litigare iubeatur. At hic statim isti uociferarentur, indignū facinus: leges moresq; uiolari; uel pereat mundus, dummodo fiat iustitia: cœlumq;

cœlumq; terræ miscerent. Cur igit̄ magis æqui sunt in re sua quisq;, quàm in aliena? in propria, quàm in communi? in priuata, q̄ in publica? & ut ne dicā in humana, quàm in diuina, certè in minoris momenti atq; precij, quàm in ea, qua salus oīm & singulorū et publica tranquillitas continetur? Cur aūt tu Rex sapientissime, uosq; grauissimi senatores, & Equites honestissimi, istorū cōtentione eò uos impelli patimini, ut iuris cū omnib⁹ ordinibus & populis christianis uobis communis disceptationem inter dissidentes, nullo more, nullo probato exemplo, nullo deniq; operæprecio soli usurpetis? uel non cognita etiā causa ipsos in alienā per multas gentes, multaq; secula consentientis ecclesiæ possessionē immittatis? Cur hic non ualent leges cōcordiæ charitatisq; christianæ, si fortè indignum cuiquā uidetur teneri legibus conciliorū & canonibus ecclesiasticis? Cur nō interdictū illud, q̄d ualet in priuatis causis apud oēs gentes, quę non prorsus expertes sunt humanitatis? VTI POSSIDETIS, ITA POSSIDEATIS? Hæ uestræ sunt partes in componendo hoc religionis dissidio: hoc uestrū officiū. Hic, hic uos, inq̄, p̄ceres & equites unà cū Rege mitissimo maiorū uestrorū uirtutem & pietatē imitamini, eosq; non adæquare modò, sed etiā superare cōtēdite. Quid igit̄ ij fecerūt in simili causa? Ante centū annos cū tumultuaretur sectarum & religionis dissidio Boemia, sicut nunc tumultuatur Germania, multumq; opus haberet, ac uterentur etiam Boemorū armis et auxilijs maiores

 uestri

uestri cōtra uim & potentiā Teuthonū Crucigerorū, regnū hoc & Lithuaniā diuexantiū, cumq́ multi nostrates nobiliores etiā & potentiores, eorū cōsuetudine (ut fit) deprauati, eadē dogmata ꝓfiterēt, & ꝓpagare in hoc Regno conarent, disputatumne est in comitijs de cōtrouersis dogmatib⁹ & ritibus? Nequaquā. Efflagitatū ne nationale, q̄d uocant, cōciliū? Ne id quidem. Indultū ne quicq̄ nouarū rerū cupidis? Multò minus. Imò ne Regū q̄dem ab illis ipsis Boemis ultro oblatū acceptū est, non aliam ob causam, q̄ ꝓpter diuersam religionē, quāuis id non tam utilitas publica suaderet, q̄ necessitas ꝓpemodū exigeret. Imò etiā bellū eis denunciatū est, ni resipiscerent, & ad Ecclesiæ catholicæ societatē redirent. Et aduersus Boemos q̄dem ita nunc se gessere maiores uestri. Quid aduersus ciues & indigenas? leniores ne fuere? Imò uero conuentu instituto, & cunctis Regni ordinibus adhibitis, summo consensu obstrinxerunt ij suam quisq; fidem & honorem: SI QVIS INDIGENA REGNI HVIVS HABENS IN IPSO REGNO BONA, HAERETICALES ERRORES (agnoscite confœderationis uerba) FACERE AVT PROMOVERE VELLET. De quibus aūt hæresibus et erroribus id intelligendum est? Nempe de ijs, qui tunc regnante Vladislao Iagellonis filio è Boemia importabantur. Præfatur enim lex. CONSIDERATIS NONNVLLIS DISORDINATIONIBVS, QVAE IN IPSO REGNO POLONIAE SVBORIRI COEPERANT. Constat autem ex historia illius temporis, nullas alias, nec aliunde tunc subortas fuisse,

quàm à quibusdam non obscuris hominibus Boemica labe infectis. Excluditne autem lex quēquam hoēm aut ordinē ullo priuilegio? Imò diserte addit: CVIVSCVNQVE STATVS, GRADVS, CONDITIONIS, ET PRAEEMINENTIAE FVERINT: Adiungit etiam: SIVE SPIRITVALES, SIVE SECVLARES. Quid igitur si quis tale quid ausit? Negant se ei auxilio, consilio, uel fauore patrocinari uelle. Et hoc quidem: adduntq́, ETIAMSI SANGVINE, AFFINITATE, ET QVACVNQVE PROPINQVITATE FORENT NOBIS AVT ALICVI NOSTRVM CONIVNCTI. Sed prouehuntur etiam longius: NEC PRO EIVS LOQVI VOLVMVS ALIQVOD VERBVM, inquiunt. Ac ne hoc quidem satis est: Sed: IN EORVM DESTRVCTIONEM CONSVRGERE, EOSQVE ET QVEMLIBET TALEM PVNIRE SE VELLE PROMITTVNT ABSQVE DOLO ET FRAVDE. O pietatem illius temporis. O disciplinam, ô consensum & constantiam maiorū uestrorum proceres & equites. Addam etiam, O sapientiam. Intelligebant illi, fundamentum esse rerū publicarum Religionem: qua non dico euersa aut mutata, sed labefacta duntaxat aut in dubium reuocata, concidere illas necesse esset. Itaq; nullo respectu priuatarū necessitudinum, nullo metu uel potentiæ cuiusquam uel dissidiorum, grauissimis pœnis & suis ipsi fide & honore, quibus homini ingenuo nihil est antiquius, religionis maiestatem santiebant, & extirpare nascens malum uel cum charissimorum suorum ꝑiculo malebant, quàm indulgentia sua alere. Quid igitur? Eademne nunc à uobis seueritas exigitur?

Non peccaret opinor, si quis diceret: Moribus antiquis stat res Polona, uirisq; : uosq; ad maiorum uestrorum leges & instituta seruanda hortaretur: quorum uos per quam obseruantes esse subinde in alijs longè leuioribus causis ostenditis. Et causa quidem iustior etiam est uobis conseruandi ac defendendi placita maiorum uestrorum tanto consensu ac diligentia sancita, quàm illis sanciẽdi fuit: indulgendi uerò iustior illis fuit. Neq; enim tantam impietatem tulêre illa tempora, ad quantam nunc prouehuntur nonnulli, ita ut non multum à Iudaica ac Turcica abesse uideantur. Sed fuerit illa seueritas illorum temporum, & priscæ grauitatis, aut si quis mauult simplicitatis. Non omnia omnibus temporibus, locis, hominibusq; conueniunt. Sint sanè nunc iniquiora tempora, quàm tunc fuêre, cum non modò domi nobiles & factiosi homines turbas ciebant, sed foris etiam Germania penè omnis à crucigeris Prussiensibus concitata grauis huic regno imminebat, Boemiq; uel indulgendo ad societatem belli inuitandi, uel aduersando irritandi maioribus uestris erant. Habebant illi tunc arma in manibus: ualebant uiribus reiq; militaris peritia: grauiter Silesios, Morauos, Austrios, Bauaros, Turingos, et Saxones uicinos, atq; etiam Vngaros infestabant: & in finibus ferè huius regni castra habebant. Sed maior sanè habeatur huius temporis nostri ratio, quàm illius tunc habenda fuit: Indulgeatur & hic, ut in multis, hominum licentiæ, uel, si

mauultis,

mauultis, alicuius ordinis libertati atq; prærogatiuis: quas tamen non intelligo quomodo à legibus separare possimus. Remittatur aliquid de seueritate legis illius, non regia uel unius alicuius ordinis constitutione, sed omnium confœderatione conditæ, & fide ac honore omnium sancitæ, dummodo ne penitus ea laxatis licentiæ frenis antiquetur, aut contraria lege abrogetur. Quanam autem indulgentia temperari ea debeat, tibi id REX clementissime unà cum his cogitandum & æstimandum relinquam. Ego Deum huius Regni protectorem & conseruatorem precabor, ut eam uobis mentem inspiret, qua consilia uestra primùm ad ipsius laudem & gloriam, deinde ad Regni huius et Reipub. salutem, postremò cùm ad ordinis equestris amplitudinem, tum ad omnium incolumitatem, & mutuã inter ipsos, atq; etiam cæteris christianis populis & nationibus cõcordiam uel stabiliendam, uel redintegrandam dirigantur. Quod si fiet, tunc demum uobis, liberisq; & posteris uestris rectè consuletis, & non modò ueræ & constantis pietatis ac sapientiæ, uerumetiam seruatæ patriæ laudem ac decus immortale apud omnes gentes uobis comparabitis, & ad longam posteritatem transmittetis: Sin aliter uobis uidebitur, ferendum fortasse nobis erit id quicquid erit: sed uos cauete etiam atq; etiam, primùm ne domi pro concordia maiorem discordiam propagetis, & foris cæterarum

chri-

christianarum gentium uoluntates & studia, imò et auxilia si quando res postularit, à uobis alienetis: deinde, ne breui, quibus minimè speratis aut expectatis, colla subdatis, & qui nunc uestri ferè ordinis Episcopos atque sacerdotes, religionis cultusque diuini quales quales moderatores, dedignamini, profligatissimorum nescio quorum Ziscarum, atque adeò ex infima fece uulgi fabrorũ, sutorum, et coriariorum arbitrio non tantùm in religione, uerumetiam in Repub. leges duras & intolerabiles uobis imponi sentiatis: Quod in Boemia quondam, & in Germania nuper, & aliàs alibi ex eiuscemodi initijs, & indulgentia siue coniuentia magistratuum usu uenisse cõstant: Ad extremum, ne isthęc nouandi & mutandi dogmata & instituta ecclesiastica licentia, sicut olim in Græcia, & uereor ne mox apud quosdã uicinos nostros, in barbaricam et Mahometicam impietatem, aut fœdã seruitutem desinat. Sed mihi terra dehiscat potius, quàm aliquid eiusmodi uobis liberisque uestris, & amplissimo huic regno ac Reipub. unquam eueniat.

ECCLE-

ECCLESIA CATHOLICA AFFLICTA SIGISMVNDO SECVNdo Augusto Regi Poloniæ.

CARMEN *Elegantiss. antehac nusquam editum.*

AVTORE EVSTACHIO À KNObelstorff, Custode & Canonico VVarmiensi.

Litera, quæ certam tibi fert Sismunde salutem,
Scire cupis, cuius sit perarata manu?
Vera loquar: fidis quæ sum hactenus usa ministris,
Et cui pro calamo lingua magistra fuit.
Nunc quia discordi miscentur cuncta tumultu,
Inque leues uentos irrita uerba uolant,
Zachariæ morem sumpsi: quæ dicere coram
Lingua minus potuit, scribere iussit amor.
Da mihi te placidum fili, dulcißime fili,
Maternas auida suscipe mente preces.
Mater ego tua sum: charam reuerere parentem,
Ne pigeat digitis uoluere scripta meis.
Ipsa ego te genui, genitum lustralibus undis
Dum recreo, primæ causa salutis eram.

E Vtque

Vtque tibi sacro signabam nectare frontem,
Te fore iurasti tempus in omne meum.
Teste Deo, tua sunt audita, notataque uerba,
Teste Deoque mihi credita semper erunt.
Ambiguæ quamuis agitent mea pectora curæ,
Et uarijs pulser sollicitudinibus,
Ne quæsita mei uictoria sanguine sponsi,
Partaque de manibus diffluat alma salus.
Sed tua perpetuùm ut uigeant diademata, nonne
Id meritò curæ debuit esse mihi?
Debuit, estque mihi, mea spes Auguste, meumque
Delitium, matris gloria, nate, tuæ.
Cur tamen hic trepidem, si uis cognoscere causam,
Maxime Rex, paucis hæc lege, certus eris.
Decolor ingentem rumor perterruit orbem,
Sparsa est de factis fama sinistra tuis:
Sauromatas ueterum spreta pietate parentum,
Dulce iugum sponsi non bene ferre mei:
Omnes Albiaco submittere colla Baali,
Stultaque ad ignotos uertere uota deos.
Ipsum adeò Regem, (desit reuerentia falso)
Ditia damnato subdere regna iugo:
Quærere degenerem spreta genitrice nouercam,
Iamque nouis passim ritibus esse locum.
Quod scelus attonitas ut primùm perculit aures,
Frigidiora gelu uiscera matris erant.

Hor-

Horrueram (fateor) glacies pertransijt artus.
Sanguinis heu totum pectus inane fuit.
Sorbear ô citius subito telluris hiatu,
Obruat & faciem plurima terra meam.
Quàm tua sacra Deus, quàm te pie Christe relinquat
Illa Iagelloneæ gloria, spesque domus.
Mœsta diu dubijs planxi mea pectora palmis,
Anxiaque incerti plena timoris eram.
Quid facerem? metuebat amor, postremaque magnum,
Cur semper timeam, secula pondus habent.
At tuus à primis candor mihi cognitus annis,
Mixtus & ingenua cum probitate pudor,
Omnia dexterius miseram sperare iubebant,
Solamenque mali grande fuere mei.
Misimus idcirco claros pietate, fideque,
Relligione graues in tua regna uiros.
Iamque subintrabant, quas Isula diues inundat,
Forsitan & terras iam Lituäne tuas.
Cum mihi, nescio quis, calamum subiecit, & inquit,
Testis eat curæ littera scripta tuæ.
Scribimus: ô charam fili non desere matrem,
Pendet ab auxilio spes tibi magna meo.
Nescis, heu nescis, quantos discessio motus
Ista trahat secum? quanta pericla trahat?

 Natio

Natio nulla quidem mihi tradita sacra reliquit,
    Vindicis est quam non ira sequuta Dei.
Regia nam qui sceptra potest firmare, potestque
    Hæc eadem forti comminuisse manu.
Ille opifex rerum, quem Sol, quem Luna ueretur,
    Cuique suas subdunt sidera iussa faces.
Sic mihi uatidico cecinit ueraciter ore,
    Promißisque ratam iußit inesse fidem.
Gens, regnumque, tuas quod detrectabit habenas,
    Corruet, euersum fœda ruina premet.
Dicta fides sequitur, meritas dant omnia pœnas
    Oppida, quæ pactum deseruère meum.
Fœlices Asiæ quondam prædiuitis urbes,
    Dum pura colerent sacra deumque fide,
Nunc ita procumbunt, Sebedææ ut stirpis alumnum
    Vix Asiæ quisque sacra dedisse putet.
Græcia sic cecidit, sic fortis Achaia lapsa est,
    Indiaque hoc uno crimine facta nocens.
Sed quid ego Gangem memoro, aut Mareotia regna,
    Flecte oculos pie Rex ad propiora tuos.
Aspice uicinas miserè concurrere gentes,
    Duraque in aduersos arma tenere uiros.
Terrigenæ ut quondam (uisu miserabile) fratres
    In sua crudeles fata tulere manus.
Sic

Sic intestino rapiuntur cuncta tumultu,
    Ciuilique omnis sanguine terra madet.
Quæ spreta pietate meas exterminat aras,
    Hei scelus est matris non tolerare iugum.
Illa ferox multis Germania nota triumphis
    Auspitio geßit prælia quanta meo?
Fortis erat semper, neque saltem urgere solebat,
    Imperio partas ut retineret opes.
Inuictas Aquilas Syriæ promouit in arcem,
    Ausa Palestino castra locare iugo.
Sancta dei Assyrio rapuit monumenta Tyranno,
    Tantus amor puræ relligionis erat.
Nunc ubi Sectarum furioso ducitur œstro,
    Dißimilis tota est Teutonis ora sibi.
In mea terribili grassatur uiscera ferro,
    Non gladio dubitet me iugulare suo.
Mille modos quærit, quo me mea filia perdat,
    In matrem pietas ista Neronis erat.
Quod queror exiguum est, audes Germania tandem,
    Audes in summum bella mouere deum?
Sacrilega cuius dextra (proh) dirius aras,
    Inque pios cineres turpia uerba uomis.
Sæpe quibus sæuo Geticus furor igne pepercit,
    Teutonico arserunt templa cremata rogo.

E 1   Vidi

Vidi ego degenerem populum librare secures,
Vulnificaq; ictus ingeminare manu,
Carnificum ritu correpta stare bipenni,
Atq; tuam gladijs Christe ferire crucem,
Sacrilego faciem uenerandam scindere ferro,
Colla, manus, costas, brachia, crura, pedes.
Quid facitis? dixi. Domini hoc uenerabile signum est,
Obruitis, per quod libera turba sumus.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora gerebat,
Talis, pro miseris cum moreretur, erat.
Hæc requies, hæc nostra salus, hæc gloria nostra est,
Quam nobis mortem depulit, ipse tulit.
Neue locum quisq; (quanta est patientia Christi)
Nosset, ubi Domini crux reuerenda stetit.
Visa loquor, diras, suspendia turpia, furcas
Hoc ipso statuit gens malesana loco.
Hinc aliquando Palæpaphium pro numine scortum,
Eiecto Domino stabat in æde Venus.
O pietas dignam meritis latura coronam,
Ad stygias quando mœsta ueheris aquas?
Talia Sarmatico si uis, Auguste, sub axe,
Impiaq; in regno monstra uidere tuo,
Leucorei iubeas subeant tua tecta prophetæ,
Sed quare iubeas? sponte uenire solent.

Iniußi

Iniußi properant, nullo mittente uagantur,
Ingerit hei cunctis se uaga turba locis.
Ipse tuas transmutari mirabere terras,
Gens erit in curas offitiosa nouas.
Ditia principiò purgat sacraria diuûm,
Impediant uerbi ne qua ministerium.
Fuluo conspiciat aras rutilare metallo,
Aureaq; in sacro signa manere tholo.
Auratos efferre deos, efferre iubebunt
Argenti fuerit quicquid in æde rudis.
Vrceolos, pelues, calices, sacrasq; patenas
Diripere, est primum relligionis opus.
Hinc clari radiant sacra si in ueste Pyropi,
Aut Amathistæ, Chrysolitiuè faces.
Ad quid perditio hæc? Iudæ Iscariotis alumni
Clamant, in loculos conijciuntq; suos.
Direptis Adytis, restant æraria Regum,
Incipiunt & opes carpere Fisce tuas.
Iura fori, legesq; nouant, decreta parentum
Stulta uocant, cunctos desipuisse tonant,
Se primos Euangelij producere lucem,
(Sic tenebras lucem nempe uocare solent.)
Adijciunt plenis mendacia grandia buccis,
Quod libet, hocq; sibi quisq; licere putant.

Plurima

Plurima liberius dicuntur, & omnia fiunt,
Vilia sunt Regum nomina, spreta Ducum.
Ad frameas donec dubio plebecula motu
Corruat, in dominos seditiosa suos.
Sensit eas sensit totiens Germania pestes,
Sæpe cadaueribus tabida facta suis.
Buccina prima feros gladijs præcinxit agrestes,
Altera Cæsareum est ausa ferire caput.
Tertia principibus cecinit lachrymabile bellum,
Mutua honoratos trusit in arma duces.
Exhaustas taceo tot seditionibus urbes,
Maternus prohibet dicere multa dolor.
Tunc mea transadigi gladijs præcordia sensi,
Visceribusq; dari uulnera dira meis.
Terribili quando fraterna in prælia motu
Teutonicos uidi, proh pudor, ire duces.
Quo ruitis proceres? non hic Mahometicus hostis,
Castra pharetrati non posuere Getæ.
Vester adest Cæsar, contra quem tristia tela
Dirigitis: causam relligionis agit.
Vos cupit ad Patrum caulas reuocare, cupitq;
Certum dißidijs constituisse modum.
Ponite crudeles, Mauortia tela, sarissas,
Pacem optat pietas, pace iuuanda fides.

Incre-

Increpuit Stygio sed ubi Bellona flagello,
Voce piæ spreta matris in arma ruunt.
Victa sed auspicio tandem Germania nostro es.
Impia adoratus dispulit arma Deus.
Et dubitabis adhuc funestos pellere fucos,
Qui tua regna dolo, funere, cæde premunt?
Parua loquor: cœlos adimunt, & limina claudunt
Lætitiæ mistos non habitura metus.
Incautis Aconita dato sub melle ministrant,
Propinant pateris toxica dira suis.
Hisq; audent Euangelij prætendere uerbum,
Miscentes sceleri nomina nostra suo.
Impia gens, non illa mei præcepta magistri,
Non mea mendaci gutture uerba sonas.
Candida sunt, pacem redolent, quæ spiritus ille,
Quæ cecinit proles indubitata Dei.
Mobile circumfers Sathanæ uertigine uulgus,
Nostra manet constans & sine labe fides.
At tua Tisiphone sæuis armata colubris
Dogmata cœnoso de phlegetonte tulit.
Hinc etiam stygio nigrescunt pallida tabo,
Estq; uenenato semper in ore furor.
Pœniteat scelerum, dixit mea sola uoluptas,
Iam uestras feriunt cœlica regna fores.

F *Ponite*

Ponite transactæ commissa piacula uitæ,
Deuoto ueniam poscite uoce Deum.
Radicem tangit iam iam casura securis,
O subitò fructus edite quisque nouos.
Arcta uia ad superos, spinis est obsita, paucos
Accipit, ad Stygios quæ uehit, ampla lacus.
Præripite angustos, uel ui perfringite calles,
Vim patitur cœlum, ui rapienda salus.
Edocuitque preces, & quo ieiunia ritu
Sint urgenda, & quo dissimulanda modo.
Spargendas præcepit opes, mandauit egenos
Curandos opibus, munere, ueste, cibis.
Talia bis geniti quondam præcepta magistri
Plena uerecundæ relligionis erant.
Quæ nunc hæretico sordescunt cuncta Luthero,
Ingreditur latum dum malesanus iter.
Et populum per amœna uiæ compendia ducat
Ad phlegetontæas, tristia regna, domos.
Nanque pios ritus, nostri mysteria sponsi
Abijcit, informem tollit in astra fidem.
Sola fides decantatur, pia facta silentur,
Hei mihi, pars illis crimen inesse putant.
Dumque fidem malè uestitam iactarier audent,
Et factis tribuunt præmia nulla bonis.

Ecquis

Ecquis sustineat frustra pius esse? sed omnes
In uitium dempta lege modoque ruunt.
Inficit antiquos lasciua licentia mores,
Vix spatium, quo iam progrediatur, habet.
Secula cum repeto primaque ab origine mundum,
In facinus nunque pronior orbis erat.
Ipsa egomet memini, tum, cum grauis ira Tonantis
Cuncta superfusis sternere uellet aquis,
Mitius humanum fuerat genus, hei mihi quantum
Quotidie in peius secula nostra ruant?
Christe senescenti fer opem ter maxime mundo,
Aut illam iubeas ocyus ire diem,
Horribili quando sonitu fera buccina clanget:
Ite sacros iusti Iudicis ante pedes.
Quæ si non celeri properabunt tempora lapsu,
Quàm uereor iustos ne premat illa lues?
Tantus amor scelerum, tanta est insania cunctis,
Crediderim optatam non procul esse diem.
Quò feror in præceps? ad te Sismunde reuertor,
Tu mihi confugium, tu mihi portus eris.
Te rogo per Christum, mea spes, mea uita Secunde,
Adsere non ficta relligione fidem.
Quam prima coluere patres ab origine, quamque
Ille tuus genitor, quam genitoris Auus:

 Auspice

Auſpice me quam ſarmaticas aduexit in oras
Miezlaus Nobile qui princeps nomen ab enſe gerit.
Ille quidem cæcus matris generatus ab aluo
Accepit precibus lumen utrumqꝫ meis.
Corporis & mentis conſpexit corpore lucem,
Mente poli ſummum uidit in arce Deum.
Hi dij deæqꝫ erãt Polonorũ. Expulit idcirco Pircuni numina, Martem,
Zenoniam, Ieſſam, cumqꝫ Ladone, Niam.
Et me Sarmaticum duxit Miezläus in orbem,
O deſiderio tempora grata meo.
Tum quanto procerum reſonabat curia plauſu,
Gaudiaqꝫ in cunctis quanta fuere locis?
Nuda ſacroſanctis quando dux pectora lymphis
Præbuit, hunc proceres, hunc imitatur eques.
Inde bona coluere fide mea ſacra minores,
Templaqꝫ in innumeris conſtituere locis.
Addebantqꝫ preces, uotiuaqꝫ thura cremabant,
Præſentem miſeris nemo negabat opem.
Grande ſcelus fuerat, dapibus ieiunia ſumptis
Rumpere, uel caſtas præteriſſe preces.
Nuſquam læſa fides, nec amor ſceleratus habendi,
Nuſquam probra, dolus, ſtupra, rapina, furor.
Sed pudor & probitas, fraternaqꝫ gratia, candor,
Cum pietate ſuas hic poſuere domos.
Talibus

Talibus auſpicijs creuerunt regia ſceptra,
Mitrati terras cum tenuere Duces.
Qui tibi nunc pharetram Ruſſus ſubmittit & arcum
Sarmata, ſæpe tuus uictor & hoſtis erat.
Illa procul falſas, quæ Pruſsia conſpicit undas,
Sarmaticas proprio milite fregit opes.
Maſſoueos taceo, Litauos, forteſqꝫ Podoles,
Sponte ſua, pie Rex, nunc tua iuſſa colunt.
Quondam hoſtes fuerant, ſed relligionis amore
Sarmatico cupidi colla dedere iugo.
Præſidio ſic creuerunt noſtro inclyta regna,
Præſidioqꝫ etiam ſunt retinenda meo.
Ex Ducibus feci Reges, caſa ſordida cannis
Obſita ſtabat ubi, ſplendida tecta uides.
Te quotiens ô chare Deo Iagello recordor,
Vix teneo tacito gaudia clauſa ſinu.
Quantis diuitijs auxiſti hoc nobile Regnum?
Non Rex Sarmatici, ſed pater orbis eras.
Gloria magna tua eſt, tam latas undiqꝫ gentes
Cingere communi te uoluiſſe iugo.
Sed quod in his unum uoluiſti uiuere Chriſtum,
Perpetuamqꝫ fidem, gloria maior erit.
Auſpice te primùm Lituana in limina ueni,
Accepitqꝫ piam turba prophana fidem.
 Rarus

Rarus erat mystes, qui barbara uerba sonaret,
Messores pauci, plurima meßis erat.
Ipse renascendos populos pia uerba docebas,
O bone rex meritis non habiture parem.
Et Pario addebas ex marmore ditia templa,
Quæ credas manibus facta fuisse Midæ.
Hæc, Auguste uides, tot durauere per annos,
Auctaq; stant Regum dotibus, aucta Ducum,
Te regnante cadent? te dißimulante peribunt?
Auspitioue tuo corruet illa fides?
O superi probibite nephas, seruate Lechitas,
Opprimat inuisos ista ruina Getas.
Aris quin potius soliti reddantur honores,
Aspiret uelis mitior aura meis.
Ne Casimiriades ideo dilecte parentem
Despice, quòd multo semper ab hoste petar.
Quod casum ruitura miner, similisq; labanti
In dubijs currat quod mea nauis aquis.
Illa quidem ualidis iactari sueta procellis
Tendit in aduersos carbasa laxa Notos.
Per reuia & Syrtes, oblatrantemq; Charybdim
Nauigat, æquoreas temnere docta minas.
Obruta nymbosis cum creditur esse procellis,
Et stygijs penitus contumulata uadis,

Tum

Tum plenis tranquilla subit primùm Ostia uelis,
Salua stat in portu nostra carina suo.
Qui mihi sidereæ claues concredidit arcis,
Claudere qui iußit, & reserare fores.
Estq; potestatem largitus in orbe supremam,
Soluere seu cupiam, siue ligare reos.
Ille meas firma sedes in rupe locauit,
Meq; supra petram iußit habere locum.
Præcipiti, dixit, properabunt flumina cursu,
Vires expedient uentus & unda suas.
Sed tu perpetuò nullis obnoxia fatis,
Stabis in æternos firma ualensq; dies.
Tartareæ audebunt diro te allidere portæ
Turbine, præsidio salua futura meo es.
Dixit, & ecce ruunt in me uelut impete facto
Aphricus & Zephyrus, terribilisq; Notus.
Horrida tempestas lethalibus aucta procellis
Agminibus diris uiscera nostra premunt.
Me face, me ferro sæui petiere tyranni,
Vrgebant laqueos, uincla, uenena, cruces.
Sed neq; sum ferro, uiuis neq; territa flammis,
Stabas pro populo Christe benigne tuo.
Ipse triumphali nectebas fronde coronam,
Numine firmasti pectora nostra tuo.

 Vidit

Vidit & ingemuit stygiæ ferus arbiter aulæ,
Mille mihi laqueos, mille pericla parat.
Nec mora, nec requies, species se uertit in omnes,
Vt quam ui nequijt uincere, fraude necet.
Exciuitq; Herebi nigrum de fauce Simonem,
(Instructus magicis artibus ille fuit)
Carpocratemq; ferum, simul & cum Hebione Cerinthum,
Atq; alios, sed quos dicere longa mora est.
Quorum lernææ superabant uirus Echidnæ,
Sparserunt labijs toxica fœda suis.
Iamq; per immensas serpunt contagia terras,
Pestiferam stillant in mea membra luem.
Nec saltem inficitur populus, plebecula, patres,
Exiguas spernunt hæc aconita casas.
Cæsaris hei penetrant, & magna palatia Regum,
Immunis scelerum regia nulla fuit.
Ipsi etiam, sacra qui uelant tempora mitra,
Portio iacturæ magna fuere meæ.
Horret adhuc animus, quotiens antiqua recordor
Vulnera, cum repeto, quanta pericla tuli.
Arrius, Aerius, Sabellius, Heluidiusq;,
Nomina uel solo sunt metuenda sono,
Nunc ubi sunt quæris? stygio torrentur in igne,
Et miseri pœnas fine carente luunt.

At mihi

At mihi florentem celebris uictoria laurum
Porrigit, æterno semper honore fruor.
Hæreticos nox atra premit, manesq; profundi,
Me mea lux Christus deseruisse nequit.
Illos uermis edit, mens falsi conscia nunquam
Immemores sceleris sustinet esse sui.
Me pietas, me læta fides, mens conscia recti,
Me spes, pacificus me comitatur amor,
Illos ambitio, liuor, discordia, luxus,
Perfidia, impietas, rixa, rapina, dolus.
Res loquitur: nec enim soleo exprobrare, Secunde,
Quàm cuperem uerbis crimen inesse meis?
Sed manifesta fides, ex fructu noscitur arbor,
Quisquis ades, fructus aspice, certus eris.
Chare Iagellonides precor ô circumspice, quæ nam
Imperij facies sit, fuerit ue tui?
Ille tuus, quem nunc amplectitur axis Olympi,
Diuus in Elysia qui sedet arce pater,
Subdidit inuictis latum tibi gentibus orbem,
Quot populos nemo dinumerare potest.
Parrhasio cunctos uix perspicit Arctos ab astro,
Dissimiles linguis, moribus, ingenijs.
Felices, una dum relligione reguntur,
Vnanimiq; colunt mente fideq; Deum.

Non

Non intestino rapiuntur ad arma tumultu.
Aurea pax equites, oppida, rura beat.
Aspice, diuitijs quantis tua regna beauit?
Illa quies precibus sæpe retenta meis.
Cæsarea de stirpe nurus, sata sanguine regum,
Facta thori consors est Catharina tui.
Inde tremunt tua sceptra hostes, reuerentur amici,
Inuicti meritò nobile nomen habes.
Tartarus en dextram, Moscus tibi porrigit herbam,
Dat fidei Valachus seq; suosq; tuæ.
Præterea nostri quid munificentia sponsi,
Quod dare debuerat, non tibi, quæso, dedit?
Cuncta dedit: solusq; tenes, quod quilibet optat,
Placatus precibus plura dabitq; Deus.
Tu modò quam teneris didicisti paruus ab annis,
Fortiter audaci mente tuêre fidem.
Adsere diuinum, quem gens noua ridet, honorem,
Sentiat inuictas Regibus esse manus.
Hæresibus quod si faciles laxabis habenas,
Et scelus in terris hoc patiere tuis,
Sed meliora precor: non auersare precantem,
Dignus es altricem, qui tueare tuam.
Nil dubito, facies: nec enim grauiora uereri
Igneus, hæc qui me scribere iussit, Amor.

Sic

Sic tibi contingat Getica de gente triumphus,
Istula det uicto iura Boristenidi.
Hoc ego te natum genitrix Ecclesia Regem
Augustum, hoc pietas, Religioq; petit.

AD CHRISTVM OPTIMVM MAXIMVM

Pro Christianis Principibus,
SEBASTIANI SOLIDI
Rheti Votum.

CHRISTE, Magistratus omnis tu solus imago es,
In te quod tantùm Rex imitetur habet.
Vt qui sis summi sapientia summa parentis,
Non errare potes, nil nisi recta facis.
Quos gregis ipse tui Rectores esse dedisti,
Largiter accendas ignis amore tui.
Vt longè posita cæcæ caligine mentis
Aspiciant uultu res propiore pias,
Scilicet intenti solum te semper in unum,
Quæ tua sint, toto pectore iussa colant.
Non his quod libitum est humano more sequantur,
Vt uarijs rerum fallit imago modis,
Fortiter at teneant quæ tu præceperis, ad te
Propositum figant & sua cuncta scopum.
Lite ut postbabita, coniunctis legibus ipsi
Offitij peragant munera ritè sui.
Tempora uiuamus nos & tranquilla sub ipsis:
Dum pax alma solo, dum uiget ipsa salo.